LESSUS
IN EXEQUIIS SOLENNIORIBUS
VIRI, dum viveret,
MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMIQUE
DOMINI,
DN. JOHANNIS KISLINGII,
INCLUTÆ REIPUBL. PATRIÆ PRÆ-CONSULIS
MERITISSIMI, DESIDERATISSIMI,
A.O.R. M.DCCII.
Dominica IV. post Epiphan. Festum
IN ÆDE THORUNIENSI MARIANA
non sine acerbo Luctu adornatis,
ÆTERNÆ MEMORIÆ ERGO
CONSCRIPTUS
à
GYMNASII THORUNIENSIS
RECTORE, & PROFESSORIBUS PUBL.

THORUNII,
EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS
ET GYMNASII.

* * *

Verlangestu zu wissen / mein Leser /
Ob der Seelige Herr Kißling unter die guten Regenten zu rechnen sey?
Siehe vor dißmahl seine Leich-Begleitung an.
Ungütige Herren / wie du weist / siehet man gerne sterben /
und / wenn sie denn abgedrückt haben / so ist fast niemand / der sie ernstlich beweine.
Bey dem Hoch-Edlen Hn. Kißling siehet es gar anders aus.
Jederman wünschte Ihm / da Er noch am Leben war / ein langes Leben.
Es fehlte auch an Personen nicht / die vor / oder doch mit Ihm zu sterben bereit waren.
Wie ergieng es aber / als Er nun Sein Bürgermeister-Amt niederlegte?
Leider! Sein Abschied entgeisterte bey nahe viel redliche Gemüther.
Zu geschweigen /
Daß die Seinigen Ihn mit Threnen zum Grabe gleichsam einbalsamiret haben:
Beydes Hohe und Niedrige / Gelehrte und Ungelehrte /
klagen und beklagen /
Jene den Verlust Ihres treuen *Colle*gens; Diese / ihres gütigen Vaters.
Die Träger trugen Ihn auff ihren Schultern; Die Bürger im Hertzen / zu Grabe.
Als endlich vor Wehmuth niemand mehr weinen konte /
*parenti*rten Ihme die Musen mit dem Nachruhm eines guten Regentens.
Mercke nun dieses / mein Leser / und / wo du *Poli*tisch bist /
so betraure den gleichfals / den fast jederman betrauret.
Guter Regenten Bejammerung erweckt gemeiniglich gute Nachfolger.
Sol aber sothane Regenten-Trauer nicht so bald von uns wiederholet werden /
so wiederhole desto öffter die Christl. Vorbitte vor Ihr Wolergehen.

* * *

WOmit sol ich den Sarg des Herren Kießlings zieren?
Sol ich das Wapen-Bild / den schönen Greiff / anführen /
Den weiland dem Geschlecht der Käiser Rudolph gab?
So ists! ein Adels-Bild bezieret Sarg und Grab.
Allein! vor dißmahl ist was mehrers anzuführen /
Womit nicht jeder Mensch kan seinen Adel zieren.
Mahlt / die Ihr Ihn gekannt / mahlt Seine Tugend ab.
So wird genug geziert die Leiche / Sarg und Grab.

* * *

Aus hertzlichem Mitleiden verfertigte dieses

M. George Wende.

CErnimus, ut tremulis plangant sua pectora pennis,
Et late, exstincto Rege, vagentur apes:
Posthac creatâ cùm conglomerantur in aula,
Nec thyma delibent, nec meliloton ament.
Qvid facere incumbit nobis? num solvere risu
Ora decet? lacrymis vel macerare genas?
Ne nos hæc vincant animalcula, jure dolendum est,
Fletibus atqvè piis ora rigare pium est.
Nam periit nostræ qvondam Rex optimus urbis,
Proconsul, dico, Magnificusqvè Pater;
Saxum Sisyphiâ volvens cervice rebelle,
Et pietatis opes non sine laude vehens.
Ille diu magnos solitus tolerare labores,
Nulla fuit cœptis noxqvè diesqvè gravis.

Pu-

Publica qvid refero? resident hæc mente repôsta
Altâ, nec veniunt dente fricanda malo.
Non refricare volo privatæ damna salutis,
Hos fletus tenuis scribere Musa neqvit.
Ipse ego dum mœstus meditor signare dolorem,
Diffluit heu! lacrymis nuncia charta meis.
Sed tamen erigitur mea mens, Generoqvè relicto,
Natæ cum Nato gaudia qvæqvè precor.
Qvin Viduam tristem Dominus relevabit ab alto
Huicqvè voluntatis candida signa dabit.
Defuncti Soceri partes Gener impiger olim
Impleat! ac urbem protegat ipse DEUS!

Hisce Magnificum Dn. Proconsulem avito monumento infert
M. MARTINUS Böhm.

NAtus is a sæva, prærupto in monte, leæna
Aut satus à rigidæ tigribus Armeniæ;
Qvisqvis sarcophagum siccis adspectat ocellis,
Aut atrum hunc tumulum, non gemebundus adit!
Hic clausa est probitas, hic nobilitatis avitæ,
Et cui vix similis, gemmula clausa jacet.
Hinc viduata suo Præ-Consule Curia mœret,
Tutoremqvè Themis plorat amica suum.
At nobis, lacrumas qvamvis & vota ciemus,
Non datur hunc tantum nunc revocare Virum.
Felix, qvi mundi turbis exemtus, in alto
Æternum laudat concelebratqvè DEUM.
Si qvæ posteritas superest, erit usqve superstes
KISLINGI nomen, fama superstes erit!

PRÆCOS. OPTIMO, *& de se insigniter merito debita condolentiæ & observantiæ ergo f.*
PAULUS PATER.

Imago Nostri Proconsulis.

BOni figuram Consulis aspice.
Exemplar istud suspice Consulis.
Sidus coruscum sanctitatis,
Et decus & patriæ salutem.
Illum feretrum flebile sustinet,
Et mortis atrox nebula contegit,
Caligo circumqvaqve cingit,
Funereusqve tapes obumbrat.
In hoc refulsit filia siderum
Tranqvilla Virtus, rara avis in solo.
Honor modestus profluebat
Fronte Viri placida placensqve.
In hoc locavit mellea gratia
Firmum theatrum, pectus & imbibit
Candoris ignes, svavitatem,
Et sine felle, dolis, amorem.

Fa-

Faſces, ſecures, dum tenuit datas
Cœlo, ſalutem texit is & decus,
Nec torſit errantes protervè (*a*)
Ingenuus bonitatis autor.
Noſtri Lycei fautor erat bonus,
Et Cenſor æqvus, laudis amantior
Illius, avertens nociva
A ſtudiis ſtimulata lingvis.
Felix Lyceum, ſi faveant modò
Tibi, qvibus tu lac niveum artium
Qvondam dediſti liberalis,
Uberibus ſaturando plenis.
Nunc ite Muſæ! grandine carminum
Ornate tumbam, flore poëmatum
Aſpergite & foſſam patentem.
Dicite, dicite, voce triſti:
Jam perge! cryptam ſed placido gradu
Subi, evolabis ſidere pulchrior
Hinc, febre, morbis, derelictis,
Et capies meritum brabeum.

(*a*) Ut hominibus ſingulis in hac naturæ corruptione, ita qvoqve hominum cœtui ac communioni, errandi qvaſi impoſita neceſſitas eſt: ita ut rerum humanarum æſtimatores imperiti & iniqvi ſint, qvi Platonicam qvandam, id eſt, ex omni parte præclarè perfecteqve conſtitutam Rempublicam in his terris reqvirunt. Andreas Rey de Concilio ſeu Conſultatione Diſcurſu l. qvæſt. 15.

Dedit iſta Fautori ſuo

JOHANNES REZIK, P.P. & Viſit. Gymnaſii.

LAngvori tandem magno KISLINGIUS impar
Exuvias ponit, ritè polumqve petit.
Qvod reliqvum, à cœlis animâ ſuperisqve receptâ
Nos celebris tumulo condimus oſſa Viri.
Et largis vultum lacrymis buſtumqve rigamus,
Et cineri triſtes dona ſuprema damus.
Cauſa patet: qvoniam mores ex orbe relegant
Tam lenes blandi fata tremenda Viri.
Qveis nil candidius celeberrima Pruſſia vidit,
Nil melius ſenſit civis in urbe bonus.
Ille eqvidem cuivis ſtuduit prodeſſe clienti,
Ipſi erat inſignis clam nocuiſſe pudor.
Hos igitur qveritur mœſtiſſima Curia mores
Extinctos, lugens hos populusqve dolet.
Funera privati deflent privata penates,
In paucos qvamvis ceſſerit inde dolor.
At nos exeqvias lacrymis communibus imus
KISLINGI; plures qvòd ferit iſte dolor.
In vultu luctus communis cernitur urbis
Partem, qvi pius eſt, vindicat inde ſibi.

L. ſcr.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
Prof. Publ. & Viſit.